

CATALOGUS LECTIONUM PUBLICARUM,

Quas Professores ab Anni M.DC. XCIX. mense Septembri, ad idem tempus sequentis
Anni, in Academia Pernaviensi, Bono cum DEO, habituri sunt.

THEOLOGI.

OLAUS MOBERG, S. Theol.

Prof. prim. Psalterium Davidicum eo modo, quo cœperat, Auxiliante DEO bonitate Optimo, potentiâ Maximo, porro publicè continuabit. Domesticum collegium Lectorium & Disputatorium ad Lubirumpietatis alumnorum, uti hactenus ita, & de hinc, fideliter pandet. Docebit publicè hora IX. in Auditorio Superiori.

LAURENTIUS MOLIN, S.

Theol. Licent. & Prof. ord. Expositionem Epistolæ D. Pauli ad Romanos superiori anno cœptam, in Lectionibus publicis, DEO favente, continuabit. Privatim vero in Historia Ecclesiastica & Geographia sacra proficere volentibus, operam suam commodabit. Docebit a. publice in Auditorio superiori, hora ante merid. IIX.

GABRIEL *Stragge* / S.^æ

Th.^æ Prof. Conf. Eccles. Adf. & Past. Cawel. Theologiam Thetico-Polemicam, juxta ordinem Locc. Compendii Hutteriani proponet, atque, cum superiori Anno Dorpati Tractationem Theologiæ in genere, Locorum quoq; de Scriptura Sacra & de DEO ritè absolverit, reliquos nunc, ordiendo à Loco de Christo, ordine pertractabit, idque publicè hora post merid. III. in Aud. Super. Privatim continuabit Collegium suum Lectorio-Repetitorio-Disputatorium, quin & in aliis scientiæ Theologicæ partibus, cupientibus & gratitudinem suam declarantibus Auditoribus libenter inserviet. Publicè quoq; pro Alumnis Regiis, statis temporum vicibus, Theologicas Disputationes aperiet. Omnia bono cum DEO!

JURIS CONSULTUS.

Quam primùm ex voluntate S.^æR.^æMajestatis locum Nobilissimi Domini OLAI HERMELIN, Regii nunc Secretarii & Historiographi, quis occupaverit, per Schedulam indicabit, qua in parte Auditores suos hoc anno quâ publicè quâ privatim informare & exercere duxerit necessarium.

MEDICUS.

LAURENTIUS BRAUN,

Med. Doct. & Prof. ord. absolutâ feliciter præterito intervallo *naturali* seu *Physiologica* hominis consideratione, methodi adcuratoris servandæ gratia, ipsam *Pathologiam*, hoc est, *doctrinam Affectuum* jam aggredi & hoc D. V. anno absolvere constituit: idq; in Audit. Minor. h. X. Privatim verò operam suam curiosioribus in quavis Medicinæ parte pollicetur indefessam & fidelem.

PHILOSOPHI.

GABRIEL *Sjöberg* / Profess.

Phil. Moral. & Civil. continuabit Lectiones publ. ex Grotii Jure B. P. h. 8. in Audit. Minori. Iisq; ad finem deductis, Aristot. Politica interpretabitur. De cetero privatim in Ethicis, Polit. & Jure Nat. ea brevius, prælegendo, repetendo & Disputando, auditoribus suis communicabit, quæ ipsorum usibus inservire putat, hæc que pauperioribus, ut solitus, gratis.

SVENO CAMEEN, Histor.

Prof. Publice Historiam Universalem, a Tempore Nativitatis Christi, ad nostra usq; tempora, continua serie perductam, Hora XI. antem: in Auditorio Majori enarrabit. Privatim vero hodiernum regnorum atq; Rerum publicarum statum, auditoribus suis proponet.

SVENO DIMBERG, Mathem.

Prof. publ. & ord. Quæ antea se propositurum significavit, hoc anno per DEI gratiam, in quantum per alia impedimenta fieri potest, exequetur.

MICHAEL DAU, Eloqv. &

Poës. Prof. ord. h. t. Acad. Rector Vitas Imperat. Rom. a Svetonio descriptas publicis Lectionibus explanabit; Privatim autem eaproponet, quæ Dd. Studiosis grata & proficua esse intelliget. Docebit publicè horâ 2dâ.

DANIEL SARCOVIUS, Log.

Phyl. & Met. Prof. Ord. repetitis iis, quæ superiori termino in Physicis explicuit, Metaphysicam Studiosæ juventuti proponet publice hora X. in Auditorio Majori. Privata etiam Collegia desiderantibus lubens gratificabitur.

DANIEL EBERHARD,

Græc. & OO. LL. Profess. Publ. DEO adjuvante, initium publicarum lectionum faciet à principio Bibliorum Hebraicorum, exponendô scil. Genesin analysi Grammaticâ, ac emphasisin particularum, verborum & phrasium Hebr. ubiq; demonstrando, additis observationibus Philologicis non vulgaribus, quò & tyrones Lingvæ Sanctæ & provectiores usum indè capere possint. Privatim verò iis, qui desiderant, in Græcis, Syriacis, Chaldaicis & Rabbincis Studium & dexteritatem suam promittit. Docebit autem publicè horâ IX. in Auditoriô minori.